MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80620-4

AUTHOR:

HASPER, THEODOR

TITLE:

DE POENULI PLAUTINAE

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1868

Master Negative #

92-80620-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG92-B32125          Acquisitions     NYCG-PT
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG92-B32125            RTYP:a    ST:p   FRN:   MS:   EL:      AD:05-07-92
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?   MOD:     SNR:      ATC:      UD:05-07-92
  CP:gw      L:lat    INT:?    GPC:?   BIO:?    FIC:?     CON:???
  PC:s      PD:1868/            REP:?   CPI:?    FSI:?     ILC:????   II:?
  MMD:      OR:    POL:     DM:     RR:         COL:      EML:       GEN:   BSE:
  040     NNC=‡cNNC
  100 1   Hasper, Theodor.
  245 10  De Poenuli Plautinae duplici exitu=‡h[microform].=‡bDissertatio quam..
.=‡
       cscripsit Theodorus Hasper.
  260     Lipsiae,=‡bFormis B. G. Teubneri,=‡c1868.
  300     29 p.
  LDG     ORIG
  QD      05-07-92
```

Restrictions on Use:

4

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/8/93 INITIALS my

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

DE

POENVLI PLAVTINAE DVPLICI EXITV

DISSERTATIO

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

THEODORUS HASPER.

LIPSIAE
FORMIS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXVIII.

FRIDERICO · RITSCHELIO

PRAECEPTORI · SVMME · VENERANDO

D · D

THEODORVS · HASPER

Poenulo Plautinae actus quinti scaena sexta ad finem perductae haud ignotum est eis, qui aliquid operae posuerunt in comicorum latinorum lectione, integram affixam esse in plerisque editionibus scaenam *supposítae* nomine inscriptam. Quae ipsa ab aliis Plauti editoribus in separatum reiecta locum a paucis prorsus est deleta, praepostere hac in re confisis illis auctoritate viri ceteroqui sagacissimi deque Plauto optime meriti, Ioachimi Camerarii. Atque hi editores omnes, quos post subtilissimam Friderici Ritschelii de crisi Plautina commentationem insertam musei rhen. vol. IIII a. CIƆIƆCCCXXXVI p. 180—216 et 485—570 non opus est generatim enumerare, non dubitandum est, quin hanc Poenuli scaenam putaverint plane eiusdem generis esse, quo sunt scaenae illae subditiciae vel potius noviciae [1]), quae in plurimis antiquioribus Plauti editionibus vel adiunguntur vel inseruntur fabulis Amphitruoni [2]), Aululariae, Bacchidibus, Mercatori. Quibuscum inconditis, rudibus, deformibus saeculi quinti et sexti decimi carminibus — si modo quae et numeris careant et inventione poetica carminum nomine digna esse iudicamus — quo tandem modo conferri compararique potuerit haec, de qua agitur, Poenuli scaena, vix assequetur, qui aliquantulum gnarus sit artis

---

1) De quibus scaenis quod fecit iudicium Niebuhrius commentationis Actis academiae Berolinensis a CIƆIƆCCCXVI insertae p. 277 sqq. repetitae in Opusc. histor. et philol. I p. 159 sqq., id ex parte merito improbatum est a Ritschelio parergon p. 399 cf. p. 600.

2) E quo numero scaenas ad Amphitruonem pertinentes nunc perquisita rarissima illa Plauti editione, quae sine loci et anni significatione emissa Hermolai, Politiani, Beroaldi nomina in fronte habet [cf. Ritschelium musei rhen. vol. IIII p. 189—192] existimo referendas esse ad Hermolaum Barbarum [v. Ritschelium parergon p. 403]. Quod ut credam his potissimum adducor argumentis. Nullo pacto potest dubitari, quin Hermolaus vel scaenae vel scaenarum noviciarum reapse fuerit auctor; ipse enim profitetur in epistula ad L. Phosphorum episcopum Signinum missa: cf. epistulam apud Ritschelium musei rhen. vol. IIII p. 191. Item non potest dubitari, quin illa ipsa editio, cuius modo mentionem faciebam, habuerit Hermolai studia Plautina, id quod docemur editionis titulo, qui est: 'Plautus cum correctione et interpretatione Hermolai, Merulae, Politiani et Beroaldi et cum multis additionibus'. Ergo veri est simillimum, in eam ipsam, quae mortuo demum Hermolao prodiit editionem receptas esse scaenas, quas ipse composuit Hermolaus. Atqui sunt in eam editionem receptae scaenae noviciae, nec tamen aliae nisi quae nunc quoque habentur ad Amphitruonem. Vnde non sine summa probabilitate concluseris, scaenas novicias Amphitruoni insertas, quas, quippe primum vulgatas hac editione, hoc

Plautinae. Vt enim, id quod infra disputabitur explicatius, omittamus nunc verborum sententiarumque indolem haud contemnendam, omittamus insignem numerorum elegantiam, quibus nemo unquam potuit uti medii aevi doctus: illud certe potuit atque adeo debuit hominibus criticis istis scrupulum inicere, quod cum noviciae istae scaenae non alia de caussa sint adiectae nisi ut supplerent quae vel reapse desunt fabulis illis vel videbantur saltem deesse, prorsus diversa est ratio huius scaenae, qua admissa sponte intellegitur aliam fabulae partem excludi necessario.

Verum etiam aliud intercedit idque multo gravius discrimen inter novicias istas et hanc Poenuli scaenam, quod nescio quo modo fugere potuerit eos qui de fraude cogitarunt a posterioris aetatis homine facta.

Habetur enim illa Poenuli scaena, qualem praebent editiones nostrae, non solum in deterioris notae codicibus omnibus, verum etiam in Palatinis, testibus per se sat locupletibus. Quid? quod argumentis, qualibus non facile invenias luculentiora, nobis videmur efficere posse, hanc Poenuli scaenam, qualis nobis tradita est reliquis libris, exstitisse in ipso quoque codice Bobiensi, quem constat quarto p. Ch. n. saeculo esse compositum. Videtur sane obstare argumentum suapte vi gravissimum: compositionem dico codicis Bobiensis. Dudum enim affirmatum est[3]) a Ritschelio, summa constantia compositum eum esse ex quaternarum membranarum paribus sive, quemadmodum vocari solent a philologis, ex singulis quaternionibus, excepta una Sticho fabula extrema, cui tamen exemplo, cum haec fabula ultimam in Bobiensi codice tenuerit sedem, nihil merito videtur esse tribuendum. Quae quidem Ritschelii observatio, de cuius veritate nemo adhuc dubitavit homo doctus, si vera est sine exceptione, fatendum sane est non posse admitti coniecturam, quam proponebam. Vti autem tota haec quaestio queat diiudicari, cognitum perspectumque habeamus necesse est, quae fuerit totius Poenuli in Bobiensi codice condicio. Praeter cetera igitur subiciendus est Poenuli partium in membranis Ambrosiani servatarum index simulque indicandum, quo modo hae particulae olim distributae fuerint in Bobiensi codice. Atque cum Poenulus in eo quinque integros occupaverit quaterniones, ex horum primo nihil hodie exstat in deleticio codice, reliqui vero, nisi me fallit computatio a me facta, hasce continuerunt fabulae partes:

---

ipso tempore ortas esse apparet, profectas esse ab Hermolao Barbaro, quode praeeunte Morellio [cf. Niebuhrii opusc. hist. et philol. I p. 176 sqq.] iam cogitabat Niebuhrius nullis ille quidem fretus vel argumentis vel testimoniis. Cui coniecturae per se probabili in promptu est eo maiorem fidem esse habendam, quo luculentius accedit argumentum. Etenim octonariolis sese usum esse ad Plautinarum scaenarum nexum refingendum ipse testatur Hermolaus [cf. Hermolai epistulam l. s. s.]: quod ipsum numerorum genus rude sane et impolitum adhibitum esse apparet Amphitruonis scaenis.

3) Primum in litteris a. CIϽIϽCCCXXXVII Mediolano ad Godofredum Hermannum missis, editis postea in Zimmermanni diurnis antiq. stud. eiusdem anni p. 744.

A
I, 2, 70 — 103
104 — 139
140 — 175
176 — I, 3, 16
17 — II, 15
16 — 52
B
C
III, 1, 69 — 2, 26
D
III, 3, 22 — 59
60 — 96
E
III, 5, 1 — 37
F
G
IIII, 2, 28 — 56
57 — 90
91 — V, 1, 21
22 — 2, 30
31 — 68
69 — 105
H
V, 2, 144 — 3, 20
21 — 4, 1
2 — 28
29 — 62
63 — 98
99 — 5, 24
25 — 6, 5
6 — 7, 10

Quod si ex solis quaternionibus compositus fuit codex Bobiensis, consequens hoc est, ut ex tribus quas infra scripsi coniecturis una sit probanda necessario. Aut enim omnino caruit codex Bobiensis huius scaenae parte quae sequitur versum decimum: ut fabula quae excepit Poenulum in Bobiensi codice h. e. Persa a novo quaternione ceperit exordium; aut reliqua ista scaenae pars integrum occupavit quaternionem: ut, quandoquidem qui in reliquis libris habentur versus duas tantum paginas et partem tertiae possunt explevisse, haec scaena multo fuerit auctior ea quae nobis tradita est libris reliquis; aut scripta fuit ipsa in prima membrana quaternionis LXXI (h. e. primus Persae quaternio), quae sane non servata est in membranis Ambrosiani: ut cum hae duae paginae non plus quam XXXVIII versus potuerint continere, scaena tribus quattuorve versibus fuerit brevior.

Quarum quidem coniecturarum cum et prima et altera merito desti-

tutae videantur omnibus veri similitudinis numeris, non potest non probabilior videri tertia, cui tamen ipsi quoque non secus atque illis certissima repugnat ratio. Permiro enim eodemque felicissimo casu factum est, id quod edocti sumus a Ritschelio parergon p. 297 Geppertoque libelli qui inscribitur de codice Ambrosiano p. 2, ut pervenerint usque ad nostram aetatem tres ultimi huius scaenae versus servati adversa parte trium oblongarum membranae scidularum, quibus a librario codicem deleticium conglutinante scripturae sacrae coniuncti sunt fasciculi[4]. Manifestum est, non posse tres istas scidulas particulas fuisse primae quaternionis LXXI membranae: cuius si fuissent partes, sponte intellegitur defuturos in Bobiensi codice fuisse scaenae versus ab undecimo usque ad duodequinquagesimum. Quod cum per se ne umbram quidem habeat probabilitatis, tum est quo redarguatur refellaturque certissime. An temere ac fortuito censemus evenisse, ut inter decimum scaenae versum et tres ultimos qui supersunt desint XVI senarii iambici et XXII septenarii trochaici? Qui versuum numerus commodius non potest convenire cum codicis ratione, in quo cum singulae paginae XVIIII continerent versus, XXXVIII illi, qui non exstant in codice, exaequaturi erant ipsum duarum paginarum vel unius membranae spatium.

Si autem tres istae scidulae non fuerunt particulae primae membranae LXXI quaternionis[5]), illud consequitur, ut, si reliquis in partibus omnibus compositus fuerit codex Bobiensis ex integris quaternionibus, hoc certe loco non fuerit. Quid? quod illud ipsum, quod per se est certissimum, alio fortasse nec minus luculento argumento poterit firmari ac stabiliri, deprompto illo ex numero, quo singuli notati sunt codicis Bobiensis quaterniones vel potius fasciculi. Quaeritur enim potueritne vel a Ritschelio vel a Guilelmo Studemundo quinti[6]) Poenuli quaternionis numerus perspici. Quod si factum erit, sua sponte cognosci poterit, verumne ego sim adsecutus, qui notatum eum fuisse confidenter contendo numero LXVIIII.

Iam vero investigantibus, quae tandem membranarum compages

---

4) Membranarum partem aversam sciendum est continuisse longum argumentum eodem membranae loco quo Persae didascaliam fuisse suspicere, perquam illud simile eius quod Pseuduli habetur in Ambrosiano. Cf. Ritschelium l. s. s.

5) Quaeritur igitur, quid in hac habuerit codex Bobiensis. Quandoquidem autem nec fabulae didascalia duae paginae possunt expletae esse, quam ne fuisse quidem in codice probabiliter contendit Ritschelius l. s. s., neque argumenti illius non acrostichi vel utriusque argumenti (si quidem credis etiam acrostichum exstitisse in codice) tam magnus potest ambitus fuisse, ut plus quam duas occuparint paginas (h. e. eam in cuius particulis servatis exstant longi illius argumenti reliquiae et primam quaternionis LXXI): aut utraque vel certe altera pagina existimanda est litteris caruisse, aut, id quod mihi veri visum est similius, servatus fuit in Bobiensi codice Persae prologus, qui, si quidem vera est haec coniectura, deperierit necesse est inter quartum p. Ch. n. saeculum et Calliopii aetatem.

6) Nam ex hoc solo servata est ultima pagina, in cuius imo margine scriptus esse solet fasciculorum numerus.

quintum Poenuli quaternionem exceperit in Bobiensi codice, dubium esse non potest quin ei adiectum fuerit unum membranarum par[7]), ita quidem ut in tertia pagina i. e. in altera membrana scripti fuerint tres isti quos habemus versiculi, Persae argumentum metricum, cuius supra mentionem iniecimus, in quarta pagina hoc modo:

(J
(49 — 51 arg. Persae

Atque hoc quidem membranarum par, si vera sunt quae supra disputabam, in promptu est insignitum fuisse numero LXX.

Qua argumentatione illud saltem ad persuasionem apposite effectum esse arbitror, id quod maxime nostra interest in hac caussa, *in ipso quoque Bobiensi codice integram exstitisse hanc Poenuli scaenam eamque haudquaquam diversam ab ea, quae tradita est libris e Calliopii recensione profectis.*

Nec vero cuiquam perito videbitur huius scaenae fides idcirco infringi et infirmari, quod nec glossarii Plautini nec grammaticorum latinorum testimonium ipsi licet adhibere praesidio. Id quod ne mirum quidem potest videri, cum haec scaena nihil contineat insoliti minusve usitati, quo merito uti potuerint vel glossator ille vel grammatici. Illud nullo pacto est dubitandum, quin neutris ignota fuerit haec Poenuli scaena.

Quaenam igitur sit ratio huius scaenae, neminem iam potest fugere: *Poenuli geminus* nobis per temporum iniquitatem servatus est *exitus.* Quod etsi suapte natura non potest non permirum videri, tamen non est sine exemplo. Notum est enim, exstare in duobus deterioris notae codicibus Terentianis alterum *Andriae Terentianae* exitum, quem iam Donatus in parte suorum exemplorum sese legisse testatur: cf. Ritschelium et G. Hermannum in Ritschelii parergis p. 583 sqq., Fleckeisenum

---

7) Quoniam Bobiensem codicem non ex solis quaternionibus, exclusa quavis alia complicandarum membranarum ratione, compositum fuisse demonstravimus, nihil impedit, quominus alios adhibitos fuisse credamus membranarum fasciculos, ubi non commendetur quaternionum usus in fine fabularum. Cadit id in duas fabulas *Mostellariam* et *Persam*, in quarum priore Ritschelius compositionis illius plane, ut opinabatur, constantis observatione fretus cogitabat de omissa in Palatinis appendice. Nos, qui non sine exceptione constantem fuisse quaternionum usum supra ostendimus, non possumus non eam amplecti sententiam, quam de Persae extremae condicione iam a Ritschelio praef. Persae p. VIII non sine summae dubitationis significatione provisam videmus, ut et XLIII et LXXIII quaternioni singulos adiectos fuisse credamus biniones. E quibus Mostellariae binionem notatum fuisse apparet numero XLIIII, numero LXXIIII vero binionem Persae. Perspicitur autem e trium illorum exemplorum vi, legitimum sane fuisse quaternionum usum planeque constantem in mediis fabulis excepta Sticho, cuius singularis est ratio; immo vero, si qua fabula excessura erat iustorum quaternionum ambitum, fabulae finem solitum fuisse simul cum proximae fabulae initio unius quaternionis continuitate comprehendi: sed tamen praeter normam sane et consuetudinem aliquotiens, ut fabula nova a novo exordiretur quaternione, adiectam fuisse aliam membranarum compagem, qualis quidem suffectura esset ad fabulae finem.

Terentii praef. p. XIIII, Guil. Wagnerum commentationis de Terentii Andriae prologo scriptae quae habetur in libro miscellaneo edito a societate philologica Bonnensi Bonnae CIϽIϽCCCLXIIII p. 79 sq.

Priusquam autem de utroque Poenuli exitu deque mira, quae intercedat inter utrumque, ratione certum potest fieri iudicium, uterque praeter cetera repraesentetur necesse est in eam integritatem restitutus, qua e manibus sive poetae sive poetarum utrumque profectum esse existimem.

Leges autem crisis factitandae manifestissimum est easdem sequendas esse, quas valere mihi persuasum est in reliquo Plauto emendando (quae sunt Ritscheliana): uterque enim fabulae exitus universe ne tantulum quidem recedit a severissima Plautinae artis norma, uti et sua sponte intellegetur et recte iam intellectum est a Bernardo Lomano spec. crit. in Plaut. et Ter. p. 102. Qua in re cautius agendum erat, si totam Poenulum nunc editurus essem i. e. fabulam quam haud pauca habere a constanti reliquarum consuetudine aliena significatum nec tamen explanatum est a peritissimis harum rerum existimatoribus [cf. Fleckeisenum Philologi vol. II p. 92], infra vero, ut opinor, enucleabitur.

Iam nihil video mihi esse reliquum, nisi ut Friderici Ritschelii benignitate prorsus singulari et largissimam et lautissimam mihi suppeditatam esse praedicem codicum supellectilem, e quibus editionem principem, Decurtatum, Lipsiensem, Etruscum ipsos mihi licuit inspicere. Cuius eximiae erga me benivolentiae magnitudo nescio qua tandem compensari queat a me digna gratiarum actione.

Codicum compendiis utor Ritschelianis, littera *H* significare volui meas coniecturas.

Iam habeto versus utriusque exitus, quorum prior incipit a V, 5, 43, quoad eius fieri potuit ad pristinam integritatem redactos.

ANTERASTYLIS.

Quid tibi lubido est, óbsecro, Antamoénides,
Loqui inclementer nóstro cognato ét patri?
Nam hic nóster pater est, híc nos cognouit modo
Et húnc sui fratris filium.

ANTAMOENIDES.

Ita me Iúppiter
Bene amét, bene factum: gaúdeo et uolup ést mihi,
Si quid lenoni [huic] óptigit magní mali,
Quomque é uirtute uóbis fortuna óptigit.

ANTERASTYLIS.

Credibile ecastor dícit: crede huic, mí pater.

HANNO.

Credo.

AGORASTOCLES.

Ét ego credo. séd eccum lenoném Lycum,
[Bonúm uirum eccum uídeo, se recipit domum.]
* * * * * * * *
Rapiámus in ius.

HANNO.

Mínume.

Semel moneo, nullas personarum notas per utrumque exitum C habere. *Anterastylidis personae nota est vel* ANT. *vel* ANTER. *vel* An. lubido est *Z* (*nisi quod* ẽ). lubido es[t] *Da.* lubido es *BEF et cum rasura* t *litterae C.* est *om. A* olsero *B* *post* obsecro ADEL *habet D. om. reliqui cum A* ANTAMOENIDES *veram nominis formam restituit Ritschelius ind. schol. Bonn. aest. a. CIϽIϽCCCLVI p. VI.* Antamonides *AB*, *defensum* (*vel* Antamonedes) *a Fleckeiseno annal. philol. vol. XCIII p. 13, cui assensus est Buechelerus eiusdem annal. vol. p. 242.* Antamenides *FZ.* Antomonedes *CE.* Anthomonedes *D* 44. Ioqui *B* inclenemter *B.* indem̃ter *C* 46. iupiter *F.* ıupıtʾ *E* 47. uolupest *libri cum A, nisi quod* uolupe St· *C* 48. SIQUID *AZ.* siquidem *reliqui.* siquidem quid *Camerarius* huic *Pylades. om. libri cum A* obtigit *EFZ* magni̱ mali̱ (ũ ũ) *E.* magnum malum *F* 49. Quomque *B.* cumque *reliqui* e *om. F* nobis *EF* 50. ANT.] Ade *Z* credibille *B* 51. lycum *libri praeter A, qui aliam vocem habere visus est* 52. *Pro quattuor versibus qui sequuntur in reliquis libris omnibus, duo sunt in A nunc evanidi, sed tamen, id quod ex exiguis litterarum vestigiis potuit cognosci, diversi ab eis qui in Palatinis habentur. Ac trium illorum* 53. 54. 55 *versuum ex alterius exitus v.* 11. 12. 13 *vel errore hic iteratorum vel pro aliquot versibus iam in Palatinorum archetypo exstinctis consulto substitutorum scripturam infra additis circulis notabimus* recepit *E* 56. INIUS *A*, *Pylades.* intus *reliqui* MINUME *A.* minime *reliqui*

AGORASTOCLES.
Quapropter?
HANNO.
Quia
Iniúriarum múltam dici sátius est.

LYCVS. AGORASTOCLES. HANNO. ANTAMOENIDES.

LYCVS.
Decípitur nemo meá quidem senténtia,
Qui suís amicis nárrat recte rés suas:
Nam omnibus amicis meis idem unum cónuenit,
Vt mé suspendam, ne áddicar Agorástocli.
AGORASTOCLES.
Leno, eámus in ius.
LYCVS.
Óbsecro te, Agorástocles,
Suspéndere ut me liceat.
HANNO.
In ius té uoco.
LYCVS.
Quid tibi mecum autemst?

---

pro AG. *personae nota spatium C* quapropter] quapp *F* 57. MULTAMDICI *A*, *Lipsius antiq. lect. II. 5*, *probarunt Langius apud Lipsium*, *Taubmannus*. multo induci *EFZB* (*nisi quod* InduciS atius). multam indici *Pius* (*nisi quod scribit* mulctam), *receperunt Dousa*, *Bothius* sacius *C* *post* est lycus *addit B*

Act. V. Sc. 6. Duorum versuum spatio relicto personarum notas om. A. sine inscriptione superioribus continuat B et unius versus spatio C. LICVS AGOR. HAño pen' Antamenides miles LENO ЄIDEM||· *D*. LYCVS LENO ЄIDEM|| *E*. Lycus. Agorastocles. Hanno poenus. Antamenides miles *F* 1. LYC. *de constanti fere in scaenarum initiis more om. libri omnes* · ecipitur *C* quidem mea sententia *CDEFZ*. 2. quıS vıS *C*. qui Suis *eraso* S *E*. quisquis *B*. quia suis *Lambinus* suas res *D* 3. meis idem unum *Camerarius*. meis id demunum *Da*, *et* (*nisi quod* demunũ) *C*. musi demunum *B*. meis id demũnum *Db*. meis id demum *FZ*. meis id demunũ (demũ *sup. scr.*) *E* 4. addicar *Z*. addicare *BCD* (*nisi quod in hoc sub* e *littera, quo deleatur, positum est punctum a secunda manu*). addicarę *E*. abdicar *F* AGORASTOCLEI *A habere visus est Gepperto* 5. eã *Z* intus *EF* 6. *Inde ab hoc versu usque ad* 13 *in A nihil potuit cognosci nisi eosdem in eo exstitisse versus, quos habent libri reliqui* *post* HA. *notam* leno *addunt libri omnes*, *delevit Bothius*. *post* leno *spatium B* iniuste *BC*. iniuste *E* uocât *B* leno in ius uoco *Lambinus* 7. autemst *H*. autem *libri*

HANNO.
Quía illasce aio liberas
Ingénuasque esse fílias ambás meas,
Quae súnt subruptae cúm nutrice páruolae.
LYCVS.
Iam prídem equidem istuc sciui et miratús fui,
Neminem uenire, qui ístas adsererét manu.
Meae quídem profecto nón sunt.
ANTAMOENIDES.
Leno, in iús eas.
LYCVS.
De prándio tu dícis: debetúr, dabo.
AGORASTOCLES.
Duplúm pro furto míhi opust.
LYCVS.
Sume hinc quíd lubet.
HANNO.
Et míhi suppliciis múltis.
LYCVS.
Sume hinc quíd lubet.
Colló rem soluam iam ómnibus quasi báiolus.

---

quia illasce *H*. quia hasce *libri*. (*nisi quod* qı *pro* quia *F*). quia enim hasce *Bothius* aio liberas *Camerarius*. moli ¡liberas *B*. mõ liberas *Z*. modo liberas *reliqui*. affirmo liberas *Pylades*, *Geppertus* 9. quae sunt *Z*, *Pylades*. q̄ sunt *F*. ~~he~~ ſt (que *sup. scr.*) *E*. ṭẹ (he *sup. scr.*) *sunt D* (he *sup. scr. a sec. manu*). te sunt *BC*. eae sunt *Bothius* subrupte *EF*. surruptae *BCD*. *Vide Ritschelium proleg. Trin. p. XCV et mus. rhen. vol. VIII p. 451 et 494*, surreptae *defenderat Fleckeisenus annal. philol. vol. LX p. 251 sqq.* surreptae *Z* cum mutrice *B*. cũ nutrix *Z* paruulae *BCD*. puule *EZ*. puulę *F* 10. iamqpidem (r *sup. scr.*) (p *et* r *ab altera manu ascript.*) *D* equidem *om. B* istôs *B* Sıuet *B* 11. nemínem uenire *H*. *Cf. p. 22.* nemném *Bentleius ad Ter. Hec. III, 1, 1* uenire neminem *Bothius* istas qui *Bothius* assereret *DEF* manu *F*. manum *reliqui* 12. meae profecto *Pylades* inluseas *BC*. in ⁱḷuseas *D* (i *sup. scr. ab altera manu*) 13. debitur ·*B* 14. pro ferto *CD*. pferto (u *sup. scr.*) *E* mihi *om. A* Є *pro* LYC. *B* sumı (i ? e ?) *B* quidlubet *Acidalius in Gruteri thes. crit. VI p. 401.* QUODLUBET *A secundum Studemundum annal. philol. vol. XCIII p. 64.* quidem *libri reliqui* 15. HA. *om. D* supplicis *CDEZ*. supplices (l *sup. scr.*) *B* 16. *versum qui sequitur in libris* An. Et mihi quidem minam argenti. Lyc. Sume hinc quidlubet *quem om. A*, *delevit Geppertus; videtur a grammatico aliquo eo consilio adscriptus esse quod Philologi vol. I p. 300 sqq. persecutus est Ritschelius* minimam *Db*. minima *E*. minimam *BCDa* 17. COLLO *A*, *in quo proxima verba evanida sunt.* collo rem *Z*. colorem *reliqui* quasi] q̃ı *F*

AGORASTOCLES.
Numquíd recusas cóntra me?

LYCVS.
Hau uerbúm quidem.

AGORASTOCLES.
Ite ígitur intro, múlieres. sed, pátrue mi,
Tuam út dixisti míhi desponde fíliam.

HANNO.
Haud áliter ausim.

ANTAMOENIDES.
Béne uale.

AGORASTOCLES.
Et tu béne uale.

ANTAMOENIDES.
Leno, árrabonem heic pró mina mecúm fero.

LYCVS.
Perii hércle.

AGORASTOCLES.
Immo haud multó post, quom in ius uéneris.

LYCVS.
Quin égomet tibi me addíco. quid praetóre opust?
Verum óbsecro te, ut líceat simplum sóluere,
Trecéntos Philippos: crédo, conradí potest:
Cras aúctionem fáciam.

AGORASTOCLES.
Tantispér quidem
Vt sís apud me lígnea in custódia.

---

18. AG] *om. EFZ* nunquid *ADEF* LYC.] AG. *D.* AGO. *EFZ* hau uerbum quidem *H.* haud uerbum quidem *Turnebus advers. X. 24, sed fontis indicio nullo, quod tamen non dubium est quin hauserit e suis membranis (de quibus a Ritschelio dictum est mus. rhen. vol. IIII p. 155. 531 sqq.). Testatur enim Lambinus (qui tamen legere mavult* ne verbum quidem) haud uerbum quidem *perspicue scriptum esse 'in suis libris veteribus': qui libri veteres, ni fallor, ipsae sunt Turnebi membranae.* ADUER······QUIDEM *A.* aduersum quidem *reliqui.* contra LYC. ne aduorsum quidem *Salmasius*
19. AG.] *om. DEFZ* see *vel* sece *B* patrue m̍ *F.* patrue mihi *CDE*
20. tuam ut dixisti *libri. minus spatii relictum est in A, quam quod* tuam ut dixisti *verbis aptum sit.* dixti *in A essc testatur Geppertus* fillam *B*
22. arabonem *BDEZ.* aͣrbonẽ *C* heic *H.* hoc *libri.* hunc *Lambinus* mecum *sup. scr. D* 23. IMO *A* *de* multó post *cf. Ritschelium proleg. Trin. p. CCXXII* quom (cum) *Dousa. om. libri, id quod probavit Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 21* intus *BCDEF* 24. LYC.] *om. D* EGON·TT·BI *A* qd *F.* qd *C.* quod *D.* quot *B* p̄tore *F.* pretore *CE.* protore *B* opust *Pylades.* opus est *libri* 25. symplum *Z* 26. Trecentos, credo, ad Philippos *Bentleius ad Ter. Phorm. I, 4, 13* potest] p̈ *E* 27. AG.] *om. B* tantispemͬ *E* 28. lignea] Igne *F*

LYCVS.
Fiát.

AGORASTOCLES.
Sequere intro, pátrue mi, ut festúm diem
Habeámus hilare hunc, huius malo et nostró bono.
Multúm ualete: múlta uerba fécimus,
Malúm postremo omne ád lenonem réccidit.
Nunc quód postremum est cóndimentum fábulae,
Si plácuit, plausum póstulat comoédia.

ALTER EXITVS POENVLI.

AGORASTOCLES. LYCVS. HANNO. ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS. ANTAMOENIDES.

AGORASTOCLES.
Quam rém agis miles? quí lubet patruó meo
Loqui inclementer? né mirere, múlieres
Quod eúm sequntur: módo cognouit fílias
Suas ésse hasce ambas.

---

29. LYC.] *om. E et cum rasura ante* fiat *F* mi *om. Geppertus* UTFESTUMDIEM *A.* ut hunc festum diem *reliqui, nisi quod* dem *B et sup. scr.* diem *D.* ut festum hunc diem *Bothius* 30. habemus *D.* habem' *C* hilare *Bentleius ad Ter. Adelph. II, 4, 23.* hilarem *libri, nisi quod* hylarem *F.* ILAREM *A* hunc *vocem e versu priore huc transposui*
32. POSTROOMI·A· *A (quod est secundum Gepperti et Studemundi testimonium* POSTTROOMNEAD). postremo hoc omne ad *'ex antiquis' Acidalius.* postremo omne hoc ad *Pylades* reccidit *H, Studemundus annal. philol. vol. XCIII p. 63, probatum Ritschelio* ··CCIDIT *A* 33. NUNCQUOD *A, Pylades.* nunc quid *reliqui* fabule *BEF* comoedia *B.* comedia *CEF*
Alterum fabulae exitum sine ullo intervallo superioribus continuant AB. unius versus spatium C. Augu · eidem *D.* Agorastocles lycus leno Haño penus Anterastilis Adelphasiuƺ Antamenides miles *mg. E.* ~~MILPHIO~~ ~~AGOREIDEM~~ ~~lycus leno~~ *E.* Agorastocles. Lycus. Hanno. Adelphasiũ. Anterastilis. Antamẽdes miles *F*
1. AG.] *om. libri* ·uam rem *C* AGIS *A.* agitis *reliqui, nisi quod* agit is *FZ.* agitas *Bothius* MELIUS *A* *falso* LIBET *ex A affert Maius M. Accii Plauti fragment. inedit. (Mediol. a. CIƆCCCXV) p. 27* 2. meminere (ne mir) *E.* Me minere *B* (me *corr. in* ne). meminere *CD*
3. quod] q' *F* SEQUNTUR *A, quam scripturam per saeculum a. u. c. septimum frequentatam, nunc notum est ex Attii vel potius Accii grammatici studiis epigraphicis repetendam esse.* secuntur *reliqui, nisi quod* sequuntur *Z* 4. suas hasce esse ambas *CD, Vaticani Lipsii antiq. lect. V. 19.* suas esse has ambas *Z.* suas hasce esse amissas *F et sup. scr.* hasce *E*

LYCVS.

Ém quod uerbum aurís meas
Tetigit! nunc perii. unde haéc [huc] perierúnt domo?

AGORASTOCLES.

Cartháginiensis súnt.

LYCVS.

At ego sum pérditus.
Illúc ego metuei sémper, ne cognósceret
Eas áliquis, quod nunc fáctumst. uae miseró mihi!
Periére, opinor, dúodeuiginti minae,
Qui hasce émi.

AGORASTOCLES.

Et tute ípse periisti, Lyce.

HANNO.

Quis hic ést?

AGORASTOCLES.

Vtrumuis ést, uel leno uél lycus.
In séruitute hic filias habuit tuas

LYC.] AN. *D* em *Geppertus.* hem *libri cum A* nauris meas *D.* aures meas *B.* AURESMEAS *A (falso* MEASAURES *testatur Maius)*

5. TETIGINUNC *A falso testatur Maius* NUNCPERII *deesse in A* AG. unde *D.* naunde *Pylades* haec huc *H.* HAEC *A.* hae *reliqui, nisi quod* he *EF.* haece *Bothius, Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 21* domo *Lyco continuat A.* AG. domo *reliqui, nisi quod spatium ante* domo *D* 6. *qui versus cum infra post v.* 10 *falso repetatur in libris omnibus, variam illius scripturam appono additis circulis.* Carthaginiensis (*BC.*) Carthaginienses *ABC.* Carthaginenses *EF* (*nisi quod habet* Carthaginẽses) *Z.* (*FZ.*) Carthaginensus (*E*) LYC.] AN. *D* 7. illuc *E.* illud *AF* METU··SEMPER (*vel* METUOSEMPER) *A, quod non dubito quin* METUEI *sit, quod ipsum testatur Geppertus* COGNOSCERETUR *A habere visus est Maio, Ritschelio non est visus* 8. eas *om. F* FACTUMST *A, falso testatur Maius.* factum est *reliqui ante* uae *spatium AB* ve *CF* 10. qui hasce emi *libri, nisi quod* quiesce *B.* qui hasce emeram *Bothius.* quibus ego hasce emi *Pylades* AGO. *personae notam (vel significandae personae spatium) om. AF, (in quorum tamen altero a verbis sequentibus proximus incipit versus* TUTEIPSE *A, Bothius.* tu ipse *reliqui* periisti *Pylades, Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 42.* peristi *libri cum A* 11. *versum* 6. *hic repetitum in libris omnibus delevit Bothius* 12. HA.] *spatium CD* AG.] *om. FZ. (FZ. Cf. s. V, 5, 53.) relicto spatio vacuo BCE.* POE. *eras. pro* AG. (*E*) utrumuis est *C* (*BCD.*) uttrumuis est *B.* utrũ uis est *E.* utrum vis is est (*E.*) utrum is est *FZ* (*Z.*) utrum est (*F.*) utrumque est *(Acidalius)* uel leno uel lycus *Lipsius antiq. lect. V. 19.* nouelle nouellycus *B.* nouelle nouellicus *reliqui.* et leno et lycus *(Camerarius.)* et leno lycus (*BCDZ.*). et leno lyc' (*E.*) leno lycus (*F*)

13. *Poenulo continuant FZ.* AGO. *sup. scr. praemittit* (*E*) agora (*F.*) AG. (*Z*) in seruitute (*E*) hic *om. Z* qui *ante* filias *addit F. et sup. scr. E* filias habuit tuas (*B.*) filias abuit tua *B.* filias habuit duas *DEFZC* (*nisi quod in eo est* duas.) habuit filias tuas (*CD.*) habuit duas filias tuas (*EFZ*) *Habet autem hunc versum aeque ac proximos non recte distinctos B, id quod rarissimum est in hoc numerorum genere, hoc*

Et mi aúri fur est.

HANNO.

Béllum hominem, quem nóueris!

AGORASTOCLES.

Lenó, rapacem te ésse semper crédidi,
Verum étiam furacem [eí te] qui norúnt magis.

LYCVS.

Accédam. per ego genua tua ted óbsecro
Et húnc, cognatum quém tuum esse intéllego:
Quandó boni estis, út bonos facere áddecet,
Facite út [uos] uostro súbueniatis supplici!
Iam prídem equidem istas ésse sciui liberas
Et éxspectabam, sí qui eas assererét manu;
Nam [eaé] meae prosum nón sunt. tum autem aurum tuum
Reddám, quod apud me est, ét iusiurandúm dabo,
Me málitiose nil fecisse, Agorástocles.

AGORASTOCLES.

Quid mihi par facere sit, mecum egomet cónsulam.
Omitte genua.

LYCVS.

Omítto, si ita senténtia est.

AGORASTOCLES.

Heús tu, leno.

LYCVS.

Quíd lenonem uís inter negótium?

---

modo: v. 13 in seruitute — auri far, v. 14 — rapacem, v. 15 — furacem, v. 17 — obsecro 14. AGO. *praemittunt FZ. et sup. scr. E* mi auri *Bothius.* mihi auri *libri.* mihi hic auri *(libri)* fur] far *B* quemueris *B* 15. AG. *om. libri, nisi quod spatium vacuum B* esse *sup. scr. D* 16. Verum et *Bothius* ei te *H. om. libri* norunt qui norunt *Bothius.* nouerunt *Pylades* 17. per ego genua tua ted *H, probatum Ritschelio.* per ego te tua te genua *libri.* per ego te et tua genua *Pylades.* per ego te tua genua *Bothius, Geppertus* oro *post* genua *addit Geppertus* 18. intelligo *FZ* 19. bonos] bono *B* 20. facite ut [uos] uostro *H.* facite et uestro *libri,* (*nisi quod* vr̃o *CDF.*) ita facite et uostro *Geppertus.* facitote et uostro *Bothius.* facite oro ut uestro *Pylades* 21. mequidem *B* istas esse sciui *Bothius.* istas sciui esse *libri.* sciui istas esse *Pylades* 22. si qui eas *BC.* si quis eas *reliqui.* si eas quis *Weisius.* si quis *Bothius, Geppertus* manu *BZ.* manũ *reliqui* 23. nam [eae] meae *H.* nam meae *libri.* eas nam meae *Bothius* (eas *e versu priore transpos.*) prosum *BCDa.* pr̃osum *Db.* psums *E.* prorsũ *Z.* prohorsus *F* tum autem *libri, nisi quod* autem *B.* tibi autem *Pylades* tuam *B* 26. AGO. *sup. scr. E. om. D* Quid *H.* quod *libri* sit mecum egomet *Geppertus.* sit cum egomet *CD.* sit quom egomet *B.* sit cum tñ egomet *E.* sit: tamen egomet *F.* sit inde tamen egomet *Z.* est commode egomet *Bothius* 27. *ante* omitte *spatium D* omite *E. et mg. E* omitto *H.* mitto *libri* sentencia *B* 28. LYC.] *spatium C* qđ *C* inter] int̃ *C* negocium *FZ*

AGORASTOCLES.
Ýt tu iam mi argéntum reddas, príusquam in neruom abdúcere.
LYCVS.
Deí meliora fáxint.
AGORASTOCLES.
Sic est, tu hódie cenabis foris.
Aúrum, argentum, cóllum, leno, trís res nunc debés semul.
HANNO.
Quíd me in hac re fácere deceat, égomet mecum cógito.
Sei uolo hunc ulcísci, litis séquar in alieno óppido,
Quántum audiui ingénium et mores éius quo pactó sient.
ADELPHASIVM.
Mí pater, ne quid tibi cum istoc rei sit, te maxume óbsecro.
ANTERASTYLIS.
Aúscultá sorórí: abi, diiunge inimicitias cum ínprobo.
HANNO.
Hóc age sis, lenó: quamquam ego te méruisse, ut pereás, scio,
Nón experiar técum.
AGORASTOCLES.
Neque ego, si aúrum mihi reddés meum.
Léno, quando ex néruo emissu's, cónpingare in carcerem.
LYCVS.
Iámne autem ut solés? — ego, Poene, tibi me purgatúm uolo;

29. Vt tu iam *H.* utinam *libri.* ut iamiam *Geppertus.* ut nunc *Bothius* mihi argentum *libri.* argentum mihi *Pylades, Bothius* hinc *post* priusquam *addit B* neruom *B.* neruum *reliqui.* 30. Dei meliora *H.* demeliora *B.* di meliora *reliqui, nisi quod* dii *F* faxsint *B* sic est tu hodie *dubitanter H.* sicestu ideo *B.* sic estu ideo *CD.* sic es tu ideo *Z.* sic est uideo *EF.* sicut uideo *Geppertus* coenabis *Z*
31. leno tris res *Vatican. Lipsii antiq. lect. V. 19.* lenostris re *BCDE* (*in quo tamen sup. scr.* scias te) *F.* leno scias te *Z, Pylades.* leno tria tu *Bothius* nunc *om. Pylades* debes *E.* debere *Z, Pylades* semul *CDF.* semul *E.* semel *B.* simul *Z* 32. me in hac re *Geppertus.* me hac re *libri.* med hac re *Bothius* 33. Sei *H.* sic *B.* si *reliqui* liti *D* sequor *Z* opido *D.* opido *F* 34. quo pacto *EFZ.* qd pacto *C.* quod pecto *B* 35. ni pater *BD.* nipat *C* quit *B* quom istoc *B* reis *Pylades* sit, te maxume obsecro *Spengelius T. Macc. Plaut. p. 103.* siet te maxume obsecro *F et nisi quod* maxime *Z* siet acmassum obsecro *E.* siet acmassum obsecro *BCD.* sit maxume obsecro *Bothius.* siet ted obsecro *Weisius.* siet amasso obsecro *Geppertus*
36. soror i *Z.* soroi *B* disiunge *F* inimicicias *CF* inprobo *BC.* improbo *reliqui* 37. quamquam] qq *EZ.* quanq *E* meruisse te *om.* ego *Z* 38. ego *BC. om. reliqui* si me aurum *C*
39. emissu's *H.* emissus *libri, nisi quod* emisus *B* conpingare *B.* compingare *reliqui* incarceram *C* 40. LYC.] Mıl *F* Iamne *Spen-*

Sí quid dixi irátus aduorsum ánimi tui senténtiam,
Íd ut ignoscas quaéso, et quom istas inuenisti fílias
Íta me di ament, mi uoluptati est.
HANNO.
Ígnosco et credó tibi.
ANTAMOENIDES.
Tu aút amicam míhi des facito aut aúri mihi reddás minam.
LYCVS.
Vín tibicinám meam habere?
ANTAMOENIDES.
Nil moror tibícinam.
Néscias, utrum ĕi maiores buccaene an mammaé sient.
LYCVS.
Dábo, quae placeat.
AGORASTOCLES.
[Tú] cura.
LYCVS.
Aurum crás at te referám tuum.
AGORASTOCLES.
Fácito in memoria hábeas.
LYCVS.
Miles, séquere me.
ANTAMOENIDES.
Ego veró sequor.

gelius T. Macc. Plaut. p. 16. iam *libri* uti soles *Bothius* Poene *BC.* pęne *D.* pene *EFZ.* poenae *Lipsius antiq. lect. V. 19* purgatum *FZ.* pugnatum *D ita ut* r *sup. scriptum sit ab altera manu.* pugnatum *E.* pugnatum *BC* 41. aduersum *C* (e *corr. in* o) 42. uti cognoscas *Z* queso *E* quom *B.* cum *reliqui* 43. dii *F* mi uoluptati est *H.* mihi uoluptatisest *libri.* mihi uoluptast *Pylades, Bothius.* id mihi uolupe est *Geppertus* 44. *initio versus* leno *libri omnes, delevi auctore Ritschelio* tu aut *Pylades.* tu aut *CDE.* tu autem *FZ.* tuatem *B* mihi *ante* des *om. D* reddas minam *BCDZ, Vatic. Lipsii antiq. lect. V. 19.* reddas omnia *EF* leno, tu aut amicam reddas facito aut auri mihi minam *Bothius.* leno, tu aut amicam mihi des aut auri reddas minam *Geppertus* 45. Vin tibi cinam *B* ANT.] *spatium C*
46. utrum ei maiores *FZ.* utrũ ei mores *E.* utrum ei mores *CD.* utrumeim mores *B.* utrae ei maiores *Bothius* bucc&ne *F.* buccęne *Z.* buccene *BCE* an mammę *EZ.* an mamme *F.* ammammae *B.* amammae *D.* amam mę *C* 47. quae *Weisius.* que *B.* q, *CD.* qd *F.* qd' *E.* quod *Z* [tu] cura *H.* tu *om. libri, id quod potest a poeta profectum esse.* curato *Bothius* cras ad te referam *Lipsius antiq. lect. V. 19.* crassatere feram *B.* crassat ereferã *CD.* cras sat ęreferã *E.* cras sat referã *FZ.* cras staterae ferã *Pyades* tuaĩ *C*
48. facito *FZ.* facto *DbE.* facto *BCDa* immemoria *B* LYC.] *spatium D* miles sequere me *Agorastocli continuat Bothius*

AGORASTOCLES.

Quid ais, patrue? quándo hinc ire cógitas Cartáginem?
Nám tecum me una íre certum est.

HANNO.

Vbi primum potero ílico.

AGORASTOCLES.

Dum aúctionem fácio, hic opus ést áliquot ut maneás dies.

HANNO.

Fáciam ita, ut uis.

AGORASTOCLES.

Áge sis eamus, nós curemus.

CANTOR.

Plaúdite.

---

49. qd *C* agis *F* cogita *B* Cartaginem *CD*. Carthaginem *reliqui* 50. *E tribus versibus extremis haec servarunt tres codicis Ambrosiani scidulae:*

NAM	ʌIRECE RTUM
DUMA	ɔOPUSESTALI
FACIA	ʌMUS NOSCU

tecum me una ire *H*. tecum mihi unnire *B*. tecũuna ire *reliqui, nisi quod sup. scr.* una *D*. tecum una me ire *Bothius* illico *EZ* 51. facio *vulgata.* facto *DbE*. facto *BCDaZ*. facito *F* hic *om. A* ut videtur aliquot *EZ*. aliquod *BC*. aliqs *F* 52. itauis *B*. ita *om. Pylades* CANTOR *om. libri. Vide Ritschelii proleg. Trin. p. XXX.*
MA (h. e. T MACCI PLAUTI POENULUS EXPLICIT) *A*. PLAUTI POENULUS EXPLICIT *CD*. POENULUS EXPLICIT *E*

Horum plurima manifestum est nec requirere defensionem neque admittere, quippe qualibet offensione carentia: quamobrem pauca tantum, quae, per se non sat expedita, cuipiam videri possint a Plautinae artis norma aliquantum recedere, sequenti commentariolo, quamvis, ut par est, breviter in animo est pertractare.

Atque uti iam de priore exitu videamus, hiatum qui est in caesura penthemimeri senarii iambici, quem ego quidem duco vitiosum esse, removi Pyladis usus coniectura sc. 5. v. 48, mea ipsius sc. 6. v. 30. Videbantur autem duobus his locis ab ipsa quoque sententia si non flagitari, at certe valde commendari coniecturae, quas posui. Praestat enim, ni fallor, coniectura, quam proponebam sc. 6. v. 30 alteri: — *patrue ut hunc festum diem Habeamus hilare et huius malo et nostro bono*, quam non dubium est quin fuerim amplexurus, nisi in versu priore in Ambrosiano servatum esset *mi,* omissum vero *hunc*. — Semel hiatus iste tollitur ipsius Ambrosiani testimonio: nec enim dubito quin verum sit *reccidit* sc. 6. v. 32. Qua in coniectura iam pridem a me facta et communicata cum Ritschelio laetor me uti auctoritate et huius viri, qui in colloquio idem sibi in mentem venisse profitebatur et Guil. Studemundi, qui annalium philol. vol. XCIII p. 63 nunc demum in manus meas perlati eandem adhibuit medicinam. — Semel denique infertur idem hiatus ab Ambrosiano sc. 6. v. 14 omittente *mihi.* Tantum autem abest ut hiatum consulto introduxisse videatur is, ad quem redit recensio, quam habemus in Ambrosiano codice, quippe quem non potuerit fugere, *mihi* requiri ab huius versus sententia necessario, ut, si uspiam, hic deprehendamus imprudentis alicuius librarii neglegentiam. — Versum 7 videbar ad pristinam numerorum elegantiam redigere adscita Camerarii coniectura *aio* et *hasce* voce in *illasce* mutata. Ne enim cum Pylade Geppertoque scribas *adfirmo*, facit certissima *quia* vocis mensura, quae apud scaenicos nunquam unam effecit syllabam: de quo post Hermannum annal. philol. vol. XXXV p. 190 sq. Ritscheliumque proleg. Trin. p. CXXXIII non debuerunt dubitare Spengelius libelli qui inscribitur T. Maccius Plautus p. 80 et novissimus Mostellariae editor Lorenzius p. 262. *Quia* enim cum ducentiens nonagiens quater legatur in fabulis Plautinis, quattuordecim[8]) tantum exstant exempla mensurae pyrrhichiacae adversantia[9]),

---

8) Multum abest ut pyrrhichiacam mensuram respuat Trin. 78, uti opinabatur Spengelius T. Macc. Plaut. p. 80, ubi *bonos* est pro duabus brevibus.

9) Ad quam mensurae constantiam nescio num valuerit vocabuli origo: cf. Corsseni de eloc. accent. vocal. ling. lat. librum vol. II p. 278.

quorum duodecim illa, quae attulit Hermannus, lenissimis coniecturis ab ipso, auctore ex parte Reizio, in legitimam restituta sunt mensuram[10]), Bacch. vero v. 329 emendatus est a Ritschelio; Aulul. denique III, 2, 2 sine dubio reponendum est *qui ad trésuiros iam ego déferam tuum nómen. — quamobrem?* Vnde sua sponte apparet, Poenuli V, 6, 7 aut excidisse post *quia* voculam, sive eam cum Bothio *enim* fuisse statuis, sive *ego*, aut, id quod lenius est visum, *hasce* mutandum est in *illasce*. — Eiusdem scaenae v. 11 *i* vocalem in *neminem* voce ictu notavi metrico. Persuasum enim mihi est, non ecthlipsim sive syncopam vocalis *i* in hac voce esse admissam, id quod post Bentleium ad Ter. Hec. III, 1, 1 et Eun. III, 2, 7 et affirmatum est a Ritschelio proleg. Trin. p. CXLI et nunc affirmatur a Spengelio l. s. s. p. 105: sed obscuratam vel potius abiectam esse extremam *m* litteram. Quae quidem abiciendarum extremarum litterarum licentia, quam, quoad Ennii auctoritas eam certa legis necessitate coercuit, in prisca lingua latina notum est mirum quantum inveterasse [cf. Ritschelii indicem PLME p. 121] non dubito quin pertineat ad syncopae exempla Plautina a Spengelio p. 101 sqq. allata tantum non omnia. Id quod cum antea proleg. Trin. p. CXLI a severioribus metris alienum esse dixisset Ritschelius, iam pridem intellexit acerrimus harum rerum existimator nec fugit sagacissimi iudicii virum Th. Bergkium [cf. ind. schol. Hal. aest. a. CIↃIↃCCCLXVI p. V]. In exquirenda autem *neminem* vocis mensura ab hac profectus sum ratiocinatione. Invenitur *neminem* in fabulis Plautinis — nam Terentium nunc praetereo consulto, quamquam hunc nullo pacto arbitror usum esse spondiaco *neminem* vel *nemini* — quater et viciens. Ac ter tantum recedit a cretica mensura *neminem* Bacch. 1180, Mil. Glor. 1138, Poen. V, 6, 11. Ex reliquis autem casibus huius vocabuli nusquam legitimam mensuram non servant *neminis* et *nemini*: spondiacam vero mensuram necessario requirit *nemine* Mil. Glor. 1062. Quam ipsam concedo posse valere in *neminem* voce Bacch. 1180, ubi non cum Hermanno Ritschelioque *nullum* est ponendum, quamvis hic quoque locus admittat sane mensuram dactylicam [cf. Studemundi de canticis Plautinis librum p. 54]: non concedo Mil. Glor. 1138 et Poen. V, 6, 11. Quod enim coactus sibi indulsit Plautus in anapaesticis numeris linguae latinae adversantibus — nam anapaestici sunt septenarii Mil. Glor. 1062 et Bacch. 1180 — eone eum putabimus usum esse, ubi neutiquam cogeretur metro? Non hercle vero. — De v. 16 sc. 6 a numeris quidem nihil habente offensionis, sed qui abhorret ab Ambrosiano v. infra p. 28, ubi de Poenuli glossematis data opera disputabitur. — De eiusdem scaenae v. 29 supra p. 21 iam dictum est: nec vero credo admitti posse *fiát. — sequere intro pátrue mi, ut hunc festúm diem* quod amplectitur Brixius praef. Trin. p. 15, quia non habeo fidem legi Fleckeisenianae, qua duorum vocabulorum monosyllaborum una iambum efficientium

---

10) Quamquam Mil. Glor. v. 1278 et Stich. 175 Hermannianis videntur praestare Ritschelii coniecturae et Fleckeiseni Rud. 538. Poenuli vero V, 2, 21 ego rectius arbitror legendum esse *quia cedunt.*

corripi possit alterum. Nec a Bothii parte possum stare: nequeunt enim *festum diem* verba, quae in unam quasi coaluerunt notionem, disiungi interposito *hunc* vocabulo: id quod docemur sex illis locis, ubi leguntur haec verba apud Plautum: Cas. I, 49. Aul. II, 8, 10. Poen. III, 5, 13. IV, 2, 26. V, 3, 14. V, 4, 7.

Haec sunt quae de priore exitu adnotanda esse videantur: sequitur ut pervestigemus alterum.

Ac v. 15 quid obstat quominus versum a numeris per se valde claudicantem — deest enim una syllaba — remoto durissimo *fúracém* accentu instauremus insertis *ei te*? Bothii coniecturae adversatur constans apud scaenicos *et* particulae usus. — Ineunte v. 19 pro librorum *et* lenissima coniectura reposui *ut*. Solet enim apud scaenicos faciendi imperativum sequi aut enuntiatum cum *ut* iunctum, aut solus coniunctivus, nusquam autem *et* particula. — V. 29 difficillimum sane est diiudicatu, utrum quod proxime abest a librorum memoria *uideo*, mirum quantum illud mea quidem sententia frigidum, necne adscribi queat ei qui hanc scaenam conscripsit. Quod cum improbari mihi quidem videatur reliqua scaenae indole, selegi e pluribus, quae poterant conici, simplicissimum nec nimis a codicum scriptura abhorrens *tu hodie*.

Quoniam uterque Poenuli exitus, quoad eius a me fieri potuit, in eam restitutus est formam, qua utrumque e manibus sive poetae sive poetarum profectum esse probabile est quamque haudquaquam abhorrere a severissimis Plautinae artis legibus nemo est quin videat, spero futurum ut de ratione universa deque origine utriusque exitus certum nec firmo solidoque fundamento carens fieri possit iudicium.

Nec vero dubito equidem quin haec de utroque Poenuli exitu controversia multo sit facilior diiudicatu quam de Andria Terentii, gemello duplicis exitus exemplo. Quamquam in hac ipsa circumspectis omnibus ne novissima quidem Guilelmi Wagneri disceptatione, quae est in illa de Andriae Terentianae prologo commentatione inserta libro miscellaneo edito a societate philol. Bonnensi Bonn. CIↃIↃCCCLXIIII p. 79 sq., adducor ut discedam a Fr. Ritschelii sententia [cf. parergon p. 601] non de duplici opera unius poetae, sed de duobus poetis cogitandum esse affirmantis. Verissima quidem sunt, quae disputata sunt a viro illo doctissimo et l. s. s. et in Fleckeiseni annalium philol. vol. XCI p. 288 de priore alteraque Andriae actione ab ipso Terentio instituta, ad quam alteram pertinuerit qui nobis traditus est fabulae prologus: at minime consequens hoc est, ut in longiusculi exitus locum per hanc repetitae actionis occasionem pressiorem substituerit Terentius ipse. Est enim Andria non dubie saepius acta mortuo Terentio. Quamobrem non est cur alter ille exitus, in quo esse quae merito displiceant ne a Wagnero quidem negatum est, non alii poetae adsignetur, qui mortuo Terentio novam paraverit fabulae actionem. Quid? quod accedit quo valde augeatur necesse est huius opinionis fides. Nullo enim — id quod iure iam existimatum est a Wagnero — confirmatur argumento, quidquam aliud praeter prologum vel novasse vel immutasse Terentium, quo perfectior iterum in scaenam prod-

iret fabula. Quod si factum esset, aliquot saltem nunc quoque servata essent vestigia. Etenim solitas esse in hoc genere mutationum binas particulas in exemplaribus relinqui integras, quamvis alterutra improbanda esset necessario, docemur cum haud paucis aliis exemplis, tum ipso utroque Andriae Poenulique exitu. Si vero in reliquis fabulae partibus poeta, cum primum fabulam doceret, tam egregie rem administravit suam, nullo pacto videtur credibile esse, tam misere lapsum eum esse in extrema fabula. Verum restat aliud argumentum, quo haec coniectura haud scio an nonnihil labefactetur. An existimat quisquam casu factum esse, ut, cum fabulae Terentianae omnes terminentur septenariis trochaicis, numeris ad fabulae exitum longe omnium accommodatissimis, in senarios iambicos desinat solus iste alter Andriae exitus?

Quae cum ita sint, Wagnerus, quantum equidem intellego, non putandus est redarguisse Ritschelii coniecturam, alterum Andriae exitum adiectum esse contendentis mortuo demum Terentio ab alio poeta novam Andriae actionem parante.

Vtrumque autem Poenuli exitum qui duplici unius Plauti operae adscribere animum induceret, ne exstitit quidem quisquam, quantum equidem sciam, praeter unum Mauritium Rappium [11]). Neque id iniuria. Quominus enim ab ipso Plauto profectus esse credatur uterque exitus, obstat praeter cetera argumentum, quod instar est multorum, permira condicio totius Poenuli prorsus obscura illa inexplicabilisque, si Poenulum talem, qualis nunc habetur, e Plauti manu profectum esse arbitrere. Quae quidem condicio et qualis tandem sit et quam lucem afferat huic quaestioni diiudicandae, apparebit infra, ubi dedita opera in eam inquiretur. Accedit praeterea ex utriusque exitus indole profecta ratio. Nec enim quemquam, qui diligenter inter se comparaverit utrumque, credo dubitaturum, uter exitus sit et antiquior et vere Plautinus. Nam etiamsi in summo errore versabatur Weisius alterum exitum prorsus indignum esse existimans, cuius ulla a critico haberetur ratio, etiamsi Koepkii quoque vana est et commenticia opinatio, qui falsam [12]) hanc scaenam esse arbitrabatur ex variisque compositam pannis Plautinis: tamen nimius fuit in praedicanda ea Bernardus Lomanus spec. crit. in Plaut. et Terent. p. 57 non esse caussam dicens, cur hic exitus potius quam prior a Plauto abiudicaretur. Qui si numerorum indolem spectaverit singulorumque verborum usum, non possum non ratum habere eius iudicium, qui ipse contendo nihil in eo deprehendi a Plautina arte recedens, nihil vel insoliti vel inusitati: non possum, si sententiarum cum speciem tum continuatio-

11) Qui alterius exitus versiculos sibi persuadebat a Plauto Poenulum retractante expulsos esse, quo brevior fieret longa fabula: v. Poenulum a Rappio translatam p. 1232.

12) Haec sunt Koepkii verba [fabularum a Koepkio convers. vol. II p. 596]: *Es bedarf wohl keines weiteren Beweises, dass die sogenannten Supposita, welche gewöhnlich diesem Stücke zugegeben werden, falsch und aus allerlei Plautinischen Lappen zusammengesetzt sind.* Pervelim scire, unde tandem deprompti sint isti panni: nam in eis quae exstant Plauti fabulis ne unius quidem versiculi invenitur vestigium.

nem. Prior enim exitus tam est praestabilis, tam singulari arte factus, tam in summa brevitate concinnus, ut ne posse quidem ab inferiore poeta compositus esse videatur: at contra alter verbosior quam pressior cum fucatum et frigidum habet iocandi genus ab hac fabulae parte utique alienum tum claudicat sermonibus non commode inter se aptis atque colligatis. Vt alter ille exitus credendus sit non a Plauto ipso compositus fuisse, sed ab imitatore Plauti.

Cur vero factum sit ut in Plautini exitus locum substitueretur alius, perdifficile est dictu: possunt enim plures nec per se improbabiles caussae cogitari, quibus is, e cuius manu profectus est alter, potuerit induci, paullulum ut immutaret Plautinum. Fortasse voluit, cum ex constanti fere norma fabulas videret exire in septenarios trochaicos [13]); ei normae accommodare Poenulum; fortasse aegre laturos spectatores opinatus est, quod Antamoenidi militi in Plautino exitu, ubi fere nullae eius sunt partes, non spondebatur altera Hannonis filia, Anterastylis. Nec tamen credo quemquam, qui quidem reliquam fabulam, qualis e Plauti manu profecta erat, comprobaret omnem, id genus caussis solis adduci potuisse, ut paene L tolleret Plauti versus. Quid autem? Qui conscripsit hanc scaenam, reliquamne is credendus est revera comprobasse Plauti fabulam omnem? Quid? si totius Poenuli condicio, quam esse permiram supra significabam, arto vinculo nexa est et iugata cum altero illo Poenuli exitu. Videamus sedulo: non enim, si quidem cohaereant inter se aliqua necessitate, censendi erimus profligasse atque cum pulvisculo, uti aiunt, exhausisse illam de duplici exitu quaestionem, nisi de hac condicione quid tandem statuendum sit exploraverimus.

Ac primum quidem qui lectitaverit examinaveritque Poenulum, ei non poterit non offensioni esse, quod singulae fabulae partes multum inter se distant dignitate et gratia [14]), quod bona atque adeo Plautinissima, ut de Varronis more dicam, mixta sunt malis et inficetis, in quibus ne vestigium quidem ullum cognoscas Plautinae virtutis atque elegantiae. Quid? quod inveniuntur multa, quae neque inter se commode concinunt congruuntque nec quidquam valent ad efficiendam fabulae *καταστροφήν*. Quod genus cum longum sit pro instituti mei ratione singillatim persequi, unum idque luculentius selegam. Toti enim argumenti dispositioni, si quid video, repugnat certissime, quod scaena actus quarti altera a Syncerasto, lenonis servo, certior fit Milphio, Adelphasium et Anterastylidem revera esse ingenuas. Quod sic noverit Milphio, nullo pacto intellegitur, et cur deinde nullam huius rei gravissimae faciat mentionem et cur tandem opus sit cum machinis istis quas molitur act. V, sc. 2, v. 126 sqq. tum Hannonis, a quo nomen invenit tota fabula, fortuito Calydonem adventu.

Accedit aliud idque etiam mirabilius. Cum enim universarum fabu-

13) A qua quidem norma nec Terentius discessit unquam [cf. s. p. 24] nec Plautus nisi in Poenulo, Pseudulo, Sticho.

14) Cf. Guil. Teuffelium musei rhen. vol. VIII a. CIƆIƆCCCLIII p. 35 sqq.

larum Plautinarum summa sit et in verbis et in numeris aequabilitas, multum differt ab hac aequabilitate, perinde atque Mercator [cf. Ritschelii praef. p. VII], Poenulus. In qua cum verborum vis et usus, tum mensura potissimum haud raro recedit a norma, quam ubique observatam videmus in reliquis fabulis. Non dico prosodiacae rationis licentiam quae locum habeat in liberioribus metris, cuius fere nulla expers est fabula Plautina: eam dico quae reperitur in senariis septenariisque. Quid? quod unius vocis mensura ne in ipsa quidem Poenulo constans est: quae est *Acheruns*. Nam in reliquis fabulis ad unam omnibus [15]) notum est eam non reperiri nisi producta prima syllaba: in Poenulo autem corripitur *Acheruns* vocabulum: id quod rectissime perspexerunt Fleckeisenus et Ritschelius. De cuius observationis veritate non debuit dubitare Spengelius, providus ille vir et peracutus T. Macc. Plaut. p. 69, qui Poen. IV, 2, 9, unde correptio apparet certissime, falso iudicio iambum pro arsi positum esse opinabatur [cf. praeterea p. 112]. Valet autem praeter hunc locum correptio etiam I, 2, 131 et prol. 71 [16]). Poenuli vero I, 3, 22 multum abest ut cum Fleckeiseno corrigendum sit *ad Acheruntem* pro eo, quod libri habent *Acherunte*. Si enim omnino hoc offensioni fuisse credas antiquissima aetate, confidenter repone *Acheruntei*, quod deleta a librariis formae antiquitate et in *Acherunti* poterat oblitterari et, id quod hoc loco videmus, in *Acherunte*. Id quidem certe non poteris infitiari, quod eram demonstraturus, diversam exstare in ipsa Poenulo vocis quae est *Acheruns* mensuram. De qua mira ratione quid tandem sit iudicandum, infra suo loco, quantum potest, exquiretur.

Vnum reliquum est nec minus notabile, quod haud scio an maxime universae fabulae condicioni lucem sit allaturum. Inveniuntur enim in Poenulo quaedam, quae cum propter indolem non quidem praeclaram nec tamen comtemnendam nequeant a grammatico aliquo intexta esse, quemadmodum leguntur non modo plane sunt supervacanea, verum ita comparata, ut, nisi delentur ipsa, necessitatem legenti imponant segregendarum aliarum earumque praestabiliorum fabulae partium. Quae quidem infra enumerabo, ubi dedita opera ad hanc quaestionem mihi est redeundum.

His igitur quae disputavi de mira fabulae ratione illud videor consecutus esse, ut ne quis iure eam inde repetere credatur, quod Poenulus vel in earum fabularum fuerit numero, quae a vetere aliquo poeta sive Livio sive Naevio compositae a Plauto retractatae tantum modo sunt atque

---

15) Nec enim quidquam praesidii habet *ad Acheruntem* Most. v. 509, defensum a Brixio praef. Trin. p. 15 et Crainio stud. Plaut. p. 16, ubi *ad* praepositionem delendam esse cum Fleckeiseno exerc. Plaut. p. 35 [cf. G. Hermanni Eurip. Hecub. v. 1. Ritschelii prol. Trin. p. CLXXI] docemur cum constanti usu vere Plautino *Acheruntem*, non *ad Acheruntem* efflagitante tum *CDa* librorum memoria *adcheruntem* exhibentium, quod nihil esse aliud, nisi sat usitatam in *B* et *A* codice scripturam *Accheruntem* iure existimatum est a Spengelio T. Macci Plauti p. 69.

16) Vbi quod legitur *ad Acheruntem* est id ipsum in eorum numero habendum, quibus recedit Poenulus ab usu Plautino.

expolitae vel, uti Rappio est visum, quod a Plauto e duobus graecis exemplaribus translata fuerit Poenulus seu, quemadmodum dicere consuevimus, contaminata vel quod Plautus eo ipso tempore, cum composuit Poenulum, praeclarissima Bacchidum fabula in scaenam producta paullisper lassus fuerit ac defatigatus: in quam quidem sententiam ire videbatur Guil. Teuffelius musei rhen. vol. VIII a. CIↃIↃCCCLIII p. 37.

Nec vero minus hoc appareat necesse est, ista quidem menda reapse talia esse, qualia nullo pacto queant ab ipso Plauto commissa esse.

Nihilo minus persuasissimum mihi est, vehementer falli eos, qui cum Weisio abiudicandam esse a Plauto opinentur totam Poenulum, quippe cum plurima tum insignita habentem artis et elegantiae vere Plautinae indicia. Et fac ratione ab istis abiudicatam a Plauto esse Poenulum, ecquid eos profecisse credemus in explananda fabulae condicione? Nihil sane. Nam ne ab alio quidem poeta, quisquis fuit, Poenulus, qualis quidem nunc habetur, profecta potest esse. Quid ergo est? Poenulum habemus non talem, qualis profecta est e Plauti manibus, verum novae actionis scaenicae caussa novatam immutatamque alius poetae Plautinam fabulam retractantis eiusque Plauto inferioris opera et studio.

Quod ipsum corruptelae genus rectissimo quidem iudicio existimatum est ab acerrimis harum rerum arbitris pertinere ad Mercatorem [cf. Ritschelium praef. Mercatoris p. VI sq], Persam [cf. eundem praef. Persae p. VIIII], Stichum [cf. eiusdem praef. Stichi p. VIIII sqq.], Epidicum [cf. Brixii emendationes in Captivos Liegniciae editas a. CIↃIↃCCCLXII p. 6, eiusdem praef. Trin. p. 8 adn. 27 et R. Muelleri de Plauti Epidico commentationem p. 10], immo vero vereor equidem magnopere, ne id multo plures affecerit Plauti comoedias [17]): sed tamen multo, si quid video, cum latius patuit tum insigniora luculentioraque vestigia reliquit, quam alius fabulae, retractatio Poenuli.

Sua sponte iam apparet ex fabulae retractatione ortos esse eos locos quos supra dicebam sic esse comparatos, eis ut cogamur removere alias fabulae particulas praestabiliores illas quidem nullumque habentes indicium posterioris originis. Hos igitur locos si nunc conor in medium proferre [18]), ingenue profiteor posse me falli in singulis. Sperabo tamen, si erravero in quibusdam, aequos iudices veniam, si merebor, daturos comiterque viam monstraturos erranti. Sunt autem hi loci:

---

17) Cuius generis etsi haud pauca atque adeo pleraque persuasum mihi est ne posse quidem a quoquam demonstrari certa ratiocinatione, quandoquidem non omnibus locis videtur usu venisse, ut Plautina una cum eis, quae horum in locum substituta sunt a poeta retractante, remanerent in fabularum exemplaribus: tamen spes est multa certe postero tempore investigatum iri quaerendo.

18) Seiungenda sunt ista quidem retractationis vestigia a glossematis, librariorum demum mala sedulitate ortis, quibus ipsis quoque, ut omnes Plauti fabulae, inquinata est Poenulus. E quibus quae integris continentur versibus non alienum erit hic enumerare cum ipsius Ambrosiani auctoritate sublata, tum ab aliis investigata, tum a me reperta indicatis simul nominibus eorum qui singula indagarunt. Sunt autem haece:

I, 2, 18—23 vulg. quos versus non esse Plauti iam intellectum est a Ritschelio; I, 2, 51—62. 76—83. 100—103. 114. 115. 123—133; III, 1, 63—72 (non esse eos Plauti iam vidit Weisius); III, 3, 56—64; IIII, 2, 101—107 (posterioris eos esse originis non fugit Weisium); V, 1, 1—10 (om. *A*); V, 2, 7. 9 (9 delendum esse censet etiam Guietus); V, 2, 30. 31; V. 2. 76 (cf. Lomani spec. crit. in Plaut. et Ter. p. 57); V, 2, 82. 83 (cf. Lomanum ibidem); V, 4, 31—34 (nisi latius patet retractationis macula); V, 4, 63—66.

Deinceps quaecunque non conveniunt fabulae dispositioni (cf. IIII, 2), quaecunque recedunt in verbis numerisve[19]) a constanti Plauti norma, noli dubitare, quin non exstiterint in Plauti Poenulo, verum habeantur ex fabulae retractatione.

Nec minus videtur cohaerere cum ipsa fabulae retractatione et **prologus**, qualis nunc quidem habetur, **propemodum totus**[20]) et **alter ille fabulae titulus**, qui est **Patruus pultiphagonides**[21]).

I, 2, 5 vulg. (indagavit Ritschelius); qui sequitur in libris versum I, 2, 8: postquam aurora illuxit, nunquam concessavimus (Acidalius et Meursius); I, 2, 36: eius seminis mulieres sunt (Ritschelius); I, 2, 89. 90 (Ritschelius); I, 2, 92 (Koepkius Plaut. convers. p. 499 et Ritschelius); I, 2, 177 (Acidalius om. *A*); II, 9 et 10 (om. *A*); III, 1, 35 et 36 (Hasper, 35 etiam Guietus); III, 3, 9 (Bothius); III, 3, 94 (Acidalius); III, 4, 19 (Hasper); V, 1, 21 (Wexius); V, 2, 60 (Hasper); V, 2, 111 (Hasper); V, 5, 52—55 (om. *A*, qui horum loco duos alios habuit); V, 6, 16 (om. *A*).

19) In promptu nunc est de mira illa *Acheruns* vocis in ipsa Poenulo discrepantia [cf. p. 26] sic existimandum esse, ut in locis per retractationem vel mutatis vel adiectis prol. 71, I, 2, 131, IIII, 2, 9 valeat correptio, productio vero loco I, 3, 22 non mutato a poeta fabulam retractante. Nec mutatae quantitatis **caussa** potest non manifesta esse. Est enim repetenda e dactylicorum poetarum studiis haud pauca verba, quae vel minus vel non apta essent ad hexametrum, ad eius normam accommodantium. Atque hac quidem mutata mensura, quae pedetemptim increbruerat, usus est is, qui retractavit Poenulum non cogitans plane eam repugnare usui Plautino.

20) Non enim dubito quin in ipso quoque prologo relicta sint insignita duarum vel adeo plurium recensionum inter se permixtarum vestigia: quae ipsae Poenuli actionum post Plauti mortem identidem repetitarum indicio sunt certissimo. Praetereo quod e duplici prologi recensione orti videntur versus 1—16 et 17—45, quippe et simillimi argumento et eodem gregis domini praecepto finiti (v. 16, v. 45); praetereo quod ne apti quidem sunt et convenientes eis quae et antecedunt et sequuntur versus 5—10 (e quibus ipsis haud scio an 5. 6. 9. 10 et 7. 8 ad duplicem recensionem sint referendi); praetereo denique, quod ex alia recensione huc illati videntur v. 79—82, non magis huic loco convenientes, quam ubi repetuntur, Menaechm. 49 sqq., et quod ne 98—101 quidem eiusdem recensionis sunt cuius sunt 99. 100. Verum illud sine ulla dubitatione affirmo, ex antiquiore prologi recensione repetendos esse versus 46—49. Sublatis enim his versibus sponte intellegitur, cum aptissimam restitui sententiarum continuationem tum tolli gravem illam offensionem, quae est in *remigrandi* verbo. Duplicis praeterea memoriae vestigia certissima apparet relicta esse in versibus extremi prologi 121—123 et 124—128.

21) De quo rectissime iudicatum est a Ritschelio parergon p. 205. —

Artissimo vero vinculo, ut eo, unde huc degressa est, redeat disputatio, cum fabulae retractatione coniunctum vel potius ortum esse ex illa ipsa patet ***alterum fabulae exitum***, **retractationis** simul **documentum certissimum longeque omnium evidentissimum**.

De adiecti alterius exitus vel, quod idem est, de **retractatae fabulae tempore** non potest ambigi. Est enim sine dubio ea aetate retractata, qua Plautinae fabulae, quarum memoria post Plauti mortem vel Caecilii gravitate Terentiique lenitate vel fabularum togatarum novitate per L fere annorum spatium paene deposita erat et exstincta, denuo a populo cupide flagitari coeptae sunt h. e. **ineunte saeculo u. c. septimo**.

Fallitur, si quid video, Dziatzko, qui commentationis de prologis Plaut. et Terent. scriptae p. 29: *ne eos*, inquit, *qui Plautinas fabulas post Plautum referrent, versus* 50—54 *addidisse putemus, praeter illud argumentum, quod ad tituli pronuntiationem pertinet, id quoque dissuadet, quod ut iam monuimus, fabulae, quae vulgo Poenulus appellatur, hic quidem 'Patruo Pultiphagonidi' nomen est.*